



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

Meditatio In Titulum Psalmi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

IN PSAL. XLIV.

tus, in fimbrijs aureis circumamis-
eta varietatibus.

- 16 Adducentur Regi virgines post eam:
proximæ eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lætitia & exultatione:
adducentur in templum Regis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii:
constitues eos principes super om-
nem terram.
19 Memores erunt nominis tui in om-
ni generatione & generationem.
20 Propterea populi confitebuntur ti-
bi in æternum: & in sæculum sa-
culi.



MEDITATIO IN TI-

T V L V M

P S A L M I.

Pro ijs, qui commutabuntur, vertit
Sanctus Hieronymus, Victori pro Epis. 140.
lilijs. Symmachus, Triumphus, seu
triumphale carmen pro floribus. Aquila,
Vincenti pro lilijs. Ultima verò pars,
Canticum pro dilecto, vertitur etiam
Canticum amantissimi, vel canticum a-
moris.

A 2

Quatuor

4 MEDITATIONES

Quanta, & quam dulcia continet Titulus? siue cum indicat de Christo Domino esse Canticum, qui singulariter vocatur Dilectus, Amantissimus, Amor: siue cum epithalamium idem dicitur, & triumphus?

Communatio re- Est enim non solum Canticum Sponsi, sed
rum fe- victoris opinio. Siue cum pro ijs, qui
licissima commutabuntur, pro floribus, & liliis in-
per Chri- scribitur. Nam liliorum, florum, & com-
stum ef- mutationis mentis docet, quæ nam sit ista
cta. commutatio, ea scilicet, per quam spinæ,
 vtricæ, & cicutæ in lilia, & flores, Christi
 Iesu virtute, commutantur. De qua Isaias

Ia. 35. Propheta: *Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilyum; germinans germinabit,* &c. lege totum caput.

Ia. 61. De hac felici commutatione Jesus ipse per eundem Prophetam. *Spiritus Domini super me, eo quod ynxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde,* &c. Et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Ac toto deinceps capite mira haec describitur mutatio. Innumera sunt in scripturis. lege D. Chrysostomum Homilia i. in Epist. ad Ephesios, in illud, Gratificauit nos, id est, gratos, & amabiles effecit in dilecto filio suo. Denique de hac mutatione D. Leo sermone i. de Pascha,

S. Leo ser. Dicente (inquit) Apostolo, *qualis terrenus, i. de Pas tales & terreni; & qualis celstis, tales & celestes: sicut portauimus imaginem terreni por-*

temus

IN PSAL. XLIV.

5

temus & imaginem eius, quiete de cælo : mul- 1.Cor.15.
tum nobis de hac commutatione gauden-
dum est, qua de ignobilitate terrena ad
cælestem transferimur dignitatem per il-
lius ineffabilem misericordiam, qui, vt nos
in sua proueheret, in nostra descendit. Ple-
næ sunt diuinæ paginæ hoc beneficio, ple-
na sanctorum Patrum scripta. Forte nec
vacat mysterio, quod cantatur filiis Core, Num. 16.
qui fuit rebellis, & terra absorptus. Filij
huius Cantores, & filij Adam, id est, natu-
ra filij iræ laudes Deo, & Christo canunt. Ephes. 2.

PRO OLEM IV M.

1. Eructauit cor meum verbum bo-
num : dico ego opera mea Regi.

2. Lingua mea calamus scribæ, veloci-
tèr scribentis.

Grandia dicturus insigni Canticum ad-
ornat procœmio, quo expectationem, Psalmi
& attentionem excitat. Primum à prestante huius
tia carminis, quod verbum bonum, hoc est, præstan-
ketum, faustumq; & præclarum nominat. tia.
Secundò ab excellentia materiæ, quam
tractat; & personæ, cui canit. Quod Regem
canat, & ad Regis aures : nec cuiuscunq; Regis,
sed cui soli per excellentiam con-
uenit absolute Regem vocari : quem vbi-
que &c in Cœlo, & in terra, & in omnibus
abyssis Regem omnes, etiam ipsi Reges
appellant. Hunc enim solum canere Da- Psal. 70.
uid nouerat, vt & alibi profitetur, In te

A 3

640